UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1551. usque ad annum 1553

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118561

§. 33. Caput VII. Quales testes sint idonei contra Episcopos.

urn:nbn:de:hbz:466:1-66577

Visual Library

„pere tamen eum odiſſe, & tanquam Sæcul. XVI. A. C. 1551.
„injuria affecti ſint, falſa illi crimina
„obiicere ſolent, ut, quoquo pacto poſ-
„ſint, ei moleſtiam exhibeant, cujus
„vexationis timor plerumque illum ad
„inquirenda, & punienda eorum deli-
„cta ſegniorem reddit: idcirco, ne is
„magno ſuo, & Eccleſiæ incommodo
„gregem ſibi creditum relinquere, ac
„non ſine Epiſcopalis dignitatis dimi-
„nutione vagari cogatur, ita ſtatuit, &
„decrevit: Epiſcopus niſi ob cauſſam,
„ex qua deponendus, ſive privandus
„veniret, etiam ſi ex officio, aut per
„inquiſitionem, ſeu denuntiationem,
„vel accuſationem, ſive alio quovis
„modo procedatur, ut perſonaliter com-
„pareat, nequaquam citetur, vel mo-
„neatur.

§. XXXIII.

CAPUT VII.

Quales teſtes ſint idonei contra Epiſcopos.

„*Teſtes in cauſſa criminali ad informationem, vel judicia ſeu alias in cauſſa principali contra Epiſcopum, niſi conteſtes, & bonæ converſationis, exiſtimationis, & famæ fuerint, non recipiantur; & ſi odio, temeritate, aut cupiditate aliquid depoſuerint, gravibus pœnis mulctentur.*